Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



luit; altitudo spem futurae sublimitatis.
qua uel se ipsum post passionē suā glorifican
dum uel glorificaturum esse praeuidit; Unde
et a pte longitudo arce uenit duorū erat cubitorū;
propter uidelicet doctrinā et opera quib; refulgebat
in mundo; Hinc enim et euangelista lucas ser
monē se fecisse asserit de his quae coepit ihs
facere et docere. Et ciues ipsius admirantes di
cebant; unde huic sapientia haec et uirtutes.
Sapientiā uidelicet referentes ad ea quae miran
da dicebat; uirtutes ad ea quae gerebat;
Quod uero post duos cubitos et ccc semissem arca
in longitudine habebat. potest ad humanae tar
ditatem fragilitatis referri. quae dicta uel ope
ra saluatoris sublimia. Nec dum prout dignum
erat capere ualebat; Unde et de quibus dā mys
ticis eius actib; aperte dictū est. haec n̄ cogno
uerunt discpli eius primū. sed quando glorifi
catus ē ihs; similiter et de dictis illius subli
mioribus; et erat uerbum istud absconditū ab
eis. et non intellegebant quae dicebantur;
Habebat arca duos cubitos longitudinis. quia
dn̄s in carne clarus uerbo et actib; apparebat.
habebat et dimidiū cubiti. quia et iā tarditatē